

*Instrumentum donationis di Nicola
di Missanello, procuratore della
nobildonna Reforciata di Potenza,
a favore di Giuliano de Balio*

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali
sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

*Instrumentum donationis di Nicola
di Missanello, procuratore della
nobildonna Reforciata di Potenza,
a favore di Giuliano de Balio*

1363 marzo 27

† In nomine domini nostri Iesu Cristi, anno eius
nativitatis millesimo trecentesimo sexagesimo tertio,
regnante domina nostra Iohanna, Dei gratia Ierusalem
et Sicilie regina, ducatus Apulie, principatus Capue,
Provincie et Forcalcherii ac Pedimontis comitissa,
regnorum vero eius anno vicesimo primo, feliciter,
amen, quidem die vicesimo septimo mensis martii, prime
indictionis, apud Potenciam.

1

Nos Iacobus Cumbus de Potencia annalis iudex dicte
terre Potencie, Angelus de Bonopari puplicus eiusdem
terre notarius et testes subscripti ad hoc specialiter
vocati et rogati presenti scripto puplico notumfacimus
et testamur quod constitutus in nostri presentia Nicolaus
de Missanello, procurator nobilis mulieris domine
Reforciate de Potencia, relictam condamnati domini Bertholdi,
domini Missanelli, de cuius procuracione nobis per
quoddam puplicum instrumentum inde confectum
plenius constitit evidenter, consentiens primo in nos
predictos iudicem et notarium tamquam in suos cum
sciret ex certa sua scientia nos suos iudicem et notarium
in hac parte non esse, ex parte una, et Iulianus de
Balio de Potencia ex parte altera. Predictus Nicolaus de
Missanello procurator, procuratorio nomine quo supra,
pro bonis meritis et serviciis que idem Iulianus prestitit
condamnati domino Aymario de Lacupensuli, domino
ThomasioThomasio, fratri suo, et condemnati Iacobo de
Lacupensuli, filio dicti domini Aymarii, prestitit olim
in vita eorum ob premium devocionis eius et animarum
ipsorum dicti condemnati domini Aymarii et aliorum cum
eo superius nominatorum, dedit, tradidit et assignavit
La parola è vergata nell'interlineo

per fustem, titulo donacionis nomine inrevocabiliter inter vivos, peciolas seu cunios terrarum duarum, sitarum in tenimento Potencie in contrata Rivissi, quarum hos dixit fore confines: ab una parte unius petie terre tenet Angelus de notario Andrea, mediante limite comuni, a duabus partibus tenet notarius Maffeus de Marsico, mediante limitibus comunibus, et siqui alii sunt confines; fines vero alterius petie terre tenet ecclesia Sancte Trinitatis, mediante condam valluncello, a secunda parte tenent heredes condam Gregorio de Balzama, mediante limite comuni, a tertia parte tenet dictus notarius Maffeus de Marsico et siqui alii sunt confines. Quapropter idem Nicolaus de Missanello, procurator ut supra, procuratorio nomine quo supra, eidem Iuliano suisque heredibus dedit et tradidit liberam, plenariam et omnimodam potestatem tenendi, possidendi, vendendi, donandi, permutandi, nec non et quocumque modo voluerint alienandi peciolas seu cunios duarum terrarum predictarum cum omnibus iuribus, rationibus, ingressionibus et exgressionibus suis. Promictens insuper dictus Nicolaus procurator, procuratorio nomine quo supra, per se suosque heredes eidem Iuliano pro se suisque heredibus stipulanti litem vel controversiam ipsi Iuliano suisque heredibus ullo umquam tempore non inferre nec inferenti consentire, sed ipsas duas peciolas seu cunios tam in proprietate quam in possessione ab omni homine legitime defendere, auctorizare et disbrigare et predictam donationem omnia et singula suprascripta et infrascripta perpetuo firma <et> rata habere et tenere et non contrafacere vel venire per se, alium vel alios nomine quo supra, aliqua causa vel ingenio, de iure vel de facto, in iudicio vel extra iudicium, sub pena unciarum auri duarum, medietate ipsius pene reginali curie et reliqua medietate dicto Iuliano vel

heredibus suis si secus inde fieret applicandam, me
predicto notario puplico pro parte ipsius curie et dicto
Iuliano pro se suisque heredibus penam ipsam legitime
et sollepniter stippulantibus. Qua pena soluta vel non,
supradicta omnia et singula imperpetuum in suo robore
perdurant et ad maiorem cautelam predictus Nicolaus de
Missanello, procurator ut supra, in manibus dicti Iuliani
ad sancta Dei evangelia corporaliter per eum tacta iuravit
supradicta omnia et singula imperpetuum observare
et quolibet premissorum facere ab omnibus observari.
Quod autem superius ubi legitur «anno» interlineatum et
emendatum est per manus mei qui supra notarii non vicio
set errore.

2

3

4

5

6

Peciolas~duarum ripetuto al rigo seguente.

Così A, si intenda quodam.

Così A, qui e dopo.

Bertoldo, figlio primogenito di Angelo, fu signore di
Missanello, Gallicchio, Gorgoglione e Pietradacino a partire
dal 1313, in seguito alla morte del padre. Intorno al 1343
gli succedette il figlio Giacomo (cfr. C. DE LELLIS, *Della
famiglia di Missanello*, in *Discorsi delle famiglie nobili del
regno di Napoli*, parte seconda, Napoli 1663, pp. 170-176, qui
p. 172).

Balium, oggi Vaglio Basilicata (Potenza).

6

7

8

Et taliter ego idem Angelus de Bonopari puplicus Potencie notarius hoc presens puplicum instrumentum scripssi qui predictis omnibus rogatus interfui et meo solito signo signavi. SN † Ego Iacobus Cumbus iudex civitatis Potencie qui supra. † Ego Matheus de Coffo testis interfui. † Ego Angelus de notario Andrea testis.

9

Il *miles* Aymario di Lagopesole sottoscrive un contratto di vendita del 16 settembre 1327 rogato dal notaio Nicola Strambo di Potenza in presenza del giudice ai contratti Nicola *de Carruba* (Archivio della Badia di Cava de' Tirreni, Arca LXVIII, 92; cfr. *I regesti dei documenti della Certosa di Padula 1070-1400*, p. 93, n. 215; *Repertorio delle pergamene dell'Archivio Cavense. Periodo angioino: 1266-1442*, I, *Regesti*, p. 204 LXVIII, 92; CARLONE, *Le pergamene dei monasteri soppressi nell'Archivio Cavense*, p. 58, n. 217).

Marsicovetere (Potenza).

Così ACosì A.